

1510. 15. Novembris.

869

Sigism: 1. Rex Poloniae Stanislaw  
Lanckoronski Capiteo Cameracensi:

241

Vojevoda Valachie per Oratorem suum laudavit te,  
quod in administranda Justitia probe te geris. Que  
res Valde nobis grata auudit, quod ut demceps facias,  
te hortamur. Et presertim ut provideas, quo a par-  
te Poloniae et Timentza, etiam justia servetur et tran-  
quilla vicinitas. Questam est enim nobis Nomine Vo-  
jevoda, quod ab ea parte multa sunt damna ejus sub-  
ditis, et quod dum ipse cogit Exercitum contra Tar-  
taros, per Terrigenas illius Districtus nri subditi  
ejus Valachi evocantur et recipiuntur ad libertatem.  
Quod si ita est, iniquum est. Quamobrem adhibeas  
curam diligentem, ut omnia iuxta pacta federis ob-  
serventur ac fiant, et contravenientes cohibeas.

Mittimus pecuniam stipendiarys Nris. Mitti-  
mus Mille florenos. — peditibus Cameracensibus, Quin-  
gentos videlicet in parata pecunia, et Quingentos in  
panno. Volumus autem, ut ijdem Stipendiaryj non  
alibi teneantur, quam in istis necessarijs locis in qui-  
bus nunc sunt, curetque tua Sinceritas quam maxi-  
me etiam cum intelligentia Vojevoda Valachie, ne ho-  
stibus ad Nos pateat aditus ac ad Dominia Nra.

Pro Gratia Nra. Datum 15. Novembris. 1510.

Tartaria Valachia

